

§. VIII.

Γδ) Cum hac voce novum comma incipere deberet; nam duæ priores similitudines inserviebant demonstrandæ *utilitati*, quam præstet sapiens *linguæ regimen*, quæ autem *hoc versu* sequitur, *noxas* pingit *linguæ effrenatæ*. ὀλιγον πυρ) *Lingua, membrum exiguum, comparatur igni exiguo*. Pro ὀλιγον habet ἡλικον Colinaei Editio, Codex Alex. cum alio quodam, OECUMENIVS, & vulgata Hieronymiana, vertens: *quantum ignis*; unde MILLIVS τὸ ὀλιγον pro explicatione habet, quæ in textum irrepsit, ideo maxime, quod Jacobus jam non in eo versetur, ut ostendat, a *quantillo igne*, seu ignis scintilla, *quanta materia* accendatur, sed indefinite & in genere, multorum magnorumque malorum *causam esse linguam*, ingens illud revera longeque patens instrumentum malitiæ. Sed recte BENGELIVS in *App. Cr.* lectionem ἡλικον ex *alliteratione* ad sequens ἡλικην ortam asserit; conf. quæ WOLFIVS in *Cur.* contra MILLIVM disputat. Antiqua certe Vulgata habet, *pussillum ignis*, adeoque sine dubio legit ὀλιγον & videtur

detur hæc locutio *proverbialis* fuisse, vid. Syr. XIX,
 II, 34. coll. XXVIII, v. 12—14. it. DRUSIVS in
Cr. Angl. ad h. l. ἡλικὴν ὕλην ἀναπτύσσει) 1) ὕλην, quæ
 vox nullibi alias in N. T. occurrit, utraque Vulgata
 reddit, *silvam*, consentiente GAGNÆO & MENO-
 CHIO, nec non ipso LUTHERO, qui vertit: *welch
 einen Wald &c.* ac sane ὕλη non modo sæpissime apud
 scriptores græcos notat *silvam*, quam notionem Pol-
 lux quoque *Onom. L. V. segm. 13.* confirmat, ὕλην
 εὐθνήρον καὶ πολυθνήρον, *silvam* feras alentem iisque
 abundantem, nominans; sed etiam latinum *silva* a
 græco ὕλη descendere ER. SCHMIDIVS docet ad
 h. l. At hoc non obstante alii 2.) ὕλην malunt ver-
tere materiam, arborum cæsarum seu lignorum far-
mentorumque struem, aliasque materias cremabiles,
 uti v. g. οἱ LXX. Es. X, 17. fentes ac vepres, ignis
 pabulum, vocant ὕλην conf. Syr. XXVIII, 12.
 (ix. gr. v. 10.) ubi ὕλη non præcise significat *silvam*,
 sed omnem materiam combustibilem; unde & Hesy-
 chio ὕλη dicuntur τὰ ξύλα ἢ δὴ κεκομμένα, *ligna*
iam cæsa, POLLUX autem ὕλοτομῆς vocat *Lignifecas*,
 & ἕλαγωγῆς *lignorum vectores.* Atque hanc inter-
 pre-

27.

pretationem ideo præferunt BEZA, ER. SCHMIDIVS, GROTIUS, BENSONIUS, quia loquitur Jacobus de re quotidiana & omnibus nota, silvas autem exuri, raro contingit, & vix centesimo homini vel semel visum est.

§. IX.

v. 6.

Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας· οὕτως ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ σπιλάσα ἔλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γέεννης.

Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας.) Justo audacior est JO. CLERICI conjectura in *NN. ad Ham.* Quando hæc verba pro Scholio seu glossate habet, e margine in textum illato, ideoque illa e contextu eliminanda censet; Præter ea, quæ JAC. ELSNERVS in *obss. ff. p. 391.* & WOLFFIUS in *Cur.* obvertunt, vel id unum temeritatis eam convincit, quod mirum dictu & insolens est, Scholion in textum ita irrepere, ut omnes tam Codices quam Versiones